15.

lonares et Almanie. et huiusmodi expeditionis in hiis partibus fuit Fredericus archiepiscopus et sanctus Bernhardus Clarevallensis abbas Cisterciensis ordinis, fuitque cum eo Wichmannus Magdeburgensis, Rudolphus Halberstadensis, Wikerus Brandenburgensis, Anselmus Havelbergensis, Hinricus Moraviensis episcopus, Wibolt Corbiensis abbas et Conradus marchio Misnensis et Lusacie, de quo hic agitur. Fuitque in eodem comitatu Albertus marchio Brandenburgensis, Fredericus de Sommerschenborg, palatinus comes Saxonie, et Hermannus comes palatinus, frater eius, cum aliis militibus, quorum numerus erat LX milia virorum. In alia expeditione eiusdem societatis princeps erat Albertus Bremensis archiepiscopus, Titmarus Verdensis episcopus, Hinricus dux Saxonie, Conradus dux Burgundie, Herwicus princeps nobilis cum LXta milibus. Item in alia parte rex Dacie cum suorum cum provincialium provincialibus, frater ducis Polonorum cum XX milibus. Item Lodewicus rex Francie cum LX milibus. Hec scripsi pro tanto, ut collegi ex cronica Montis Sereni, quod tot milia hominum tunc poterant comportari ex devocione fidei, cum hodie nostri temporis pro fide contra gentiles raro vel nullus pugnator strennuus apparet. Ad stilum nostrum revertamur. Tempore quoque medio interim, quod Conradus marchio Misnensis et Lusacie fuit in transmarinis partibus secundario, ut prescriptum est, accidit uxorem ipsius Luckardem nature debitum persolvere et mori. Isto modo contigit nobilem dominam venire ad Montem Serenum sancti Petri ibique se flebotomari fecit, sequenti seu altera die peticionem aliquam preposito Meynhardo porrexit, de qua illam noluit exaudire, pro qua re indignata ad monasterium Gerpstede ad filias suas se recepit ibique ex motu animi sui, ut fertur, langworem incurrit, ex qua defuncta est XIII Kl. Julii anno Domini MCXLVI. Filia quoque ipsius abbatissa existens consilio Hogeri

---

F Wichmannus

7 Wernerus Monasteriensis, Rinhardus Merseburgensis

Brand

a) Corbiensis

Ipsius princeps 3 f. n.

Herwicus

+ MCCLVI b.

Numerus expedicionis ad terram sanctam e ordo, f. d. 15 ry.

ad

m Marchio

secundario

flen.2 n = v.

Meyn

pro

filia